

nom et contra regem de mox que e

roces innoventum notum **P** it r

si ~ miter magna est fides tu ~ a ~

U ~ m ~ si ~ aut pe ~ h ~ a ~ m ~ ti ~ m

L obis me regum et pates ~

I. Super obitu divi Principis HENRICI-JULII Ducis Br. & Lun. M. DC. XIII.

- 1. Programma p. p. a Magistratu Lipsiensi. cum Epigrammatis aliis qu.
- 2. Oratio, Rudolphi Bipholdij, Programma Senatus acad. Julii.
- 3. Oratio Joannis Strimmeri secundij Medici.
- 4. Oratiuncula M. Viti Joannis scoldi ad illustr. aulam Gust. A.
- 5. Carmina Joannis Cuij, Henrici Eckstornij, Henrici Petri.
- 6. Carmen M. Joachimi Polingij.
- 7. Elegia, Joannis Strimmeri & alia ejusd.
- 8. Oratio parentalis M. Henrici Eckstornij.

- 9. Leicspredigt des S. Abigkrit ex I. Tim. II. 12. Drey Basilien Vatter Sp.
- 10. Leicspredigt ex Ps. xxxix. v. g. Ich bin bey der Drey, Drey Petri. Zucherman.
- 12. Leicspredigt ex Jac. II. c. von dem geystlichen Beyrathe, Drey p. Pauli Aysel.
- 11. Leicspredigt ex Gen. XLIX. c. 1. capp. p. Jacobu Jaggij p. J. Hoff.
- 13. Leicspr. ex II. Tim. XXXIV. 1. 2. 3. das ist Jahr alt im Jahr 1611. p. M. Joa. Reinherz, Drey. gundig p. g. J. Hoff.
- 14. Leicspredigt ex Syr. L. X. 24. 25. 26. Nuden hat alle Welt, p. M. Joa. Reinherz, Drey. gundig p. g. J. Hoff.

- II. 1. Juldigungs predigt bey abgessenen Juldigung, D. M. Friderico-
viro d. Br. & Lun. gehalten, ex II. Reg. XI. Drey S. Priester J. J. J. J.
Lips des am 17. Juli 1613. gehalten, Drey M. Joahann Wegner
Superint. Hunsd. No. 1616.
- 2. Juldigungs predigt ex Luc. XI. Einziglich Niemand, so d. mit ihm selbst
gehalten im Thaum zu Braunschweig, Drey M. Pet. Zucherman Sp.
- 3. Juldigungs & Leicspredigt ex Ps. cxxxiii. Vorher ein fromm
gehalten zu Braunschweig Drey Basilien Vatter s. B. D. No. 1616.

- III. 1. Leicspredigt ex Jac. III. Das ist die Welt, super obitu fransos bey Dup.
dort der gewesenen Defension zu halberstadt, gehalten Drey M. Joah.
dem Reinherz Cam. Sp. No. 1613.
- 2. Leicspred. ex Thron. III. 24. Wer from ist mein theil, bringt immer
super obitu Petri bey Drey J. J. J. J. u. carol. Hall. gehalten Drey
M. Joa. Reinherz No. 1613.

1.


Sp.
an.
n.
ff.
p.
t.
m.
n.

2.

3.

p.
n.






102







IN OBITUM

*Reverendissimi & Illustrissimi potentissimiq;
Principis ac Domini*

Dn. HENRICI JULII,

**POSTULATI EPISCOPI
HALBERSTADENSIS, DUCIS BRUN-
SVICENSIS ET LVNEBURGENSIS &c.**

*Cæsareæ majestatis consiliorum Secretiorum
Supremi olim directoris.*

*Decessit Praga XIII. Kalend. August. Anno
Christi M. DC. XIII.*

Συμπάθειας ἡμνηροσύνης ἕνεκα

Johannes Cajus, M. Cœnobij Scholæq; Jlfen-
densis administrator & Rector.

*M. Henricus Eckstormius. P. cor. cœnobij VVal-
ckenredensis Prior & Parochus:*

Henricus Petreus Herdesianus.

HENRICOPOLI

Excudebat Julius Adolphus à Sohne.

ANNO M. DC. XIII.

Dr. HENRICH JULLI

POSTBILAL TITEL

HAUSELBERG

1790

Dr. med. Henrich Julli

Postbilal Titel

Hauselberg

1790

Dr. med. Henrich Julli

Postbilal Titel

Hauselberg

1790

Dr. med. Henrich Julli

Postbilal Titel

Hauselberg

1790

Dr. med. Henrich Julli

Postbilal Titel

Hauselberg

1790

Dr. med. Henrich Julli

Postbilal Titel

Hauselberg

1790



In tumbam

REVERENDISSIMI ET ILLV-
STRISSIMI PRINCIPI AC DOMINI, Dn.
HENRICI IULII, POSTULATI EPISCOPI HALBERST: Ducis
Brunsvicensium & Lunaburgensium &c. qui vitam morta-
lem reliquit, die XX. Iulij, anno portendente
IUDICIUM.



*AGnanimis Guelphis HENRICVS IVLIVS ortus,
Brünsvigij Dux, Dux Selenopyrgij;
Dux fortis bello Princeps pietate celebris,
Prisci tenens pedum solumq. Phengari;
Cui pareo potior Laini, atq. Visurgis & Ocri,
Budam bibens & Holt hemam quem suspicit;
Immo suspexit: Nec enim trinunus Iova
Superesse terris hunc finit diutius;
Hic igitur moriens dedit huic sua membra sepulcro,
Hic ut quiescant ad diem Censorium.
Mens sedes superas Generosa revisit, & avum
Ovans agit beatos inter Caelites.
Virtutum cineres chorus omnis honstat alumnos:
Tumbamq. mæsto circumfistit agmine.
Omnes pullate, velatis vultibus omnes,
Omnes dolent largis peofusis lacrymis.
Ad caput est Pietus virtutum maxima: præstò
Sunt huic Fides CHRISTI tenax, DILECTIO,
Et non succumbens duris Patientia rebus,
Quam Spes fovet frangi dolore nescia.
A dextrâ Themis est, Iuris moderatio, Candor,
Servansq. veritatis Eloquentia.
A levâ mærent Maestas, Sedula cura,
Bifronsq. Fortitudo, Temperantia.*

A 2

Ante

*Antepedes agit excubias Pax optima rerum,
Iuxtaq; virgo Guelphici potens soli.
Naiadet hanc cingunt & oreades: omnibus unus
Luctus, dolor, ploratus, ejulatio.
Phæbus adens ducens ter tres Heliconis alumnas,
Qua laude dignos non sinunt viros mori.
Ha dictis blandis merentia pectora mulcent,
Laudesq; Principis cantantes, inquirunt:
Laus est summa sui similem genuisse: parentis
FRIDRICVS HVLDERICVS est simillimus.
Hic regni patrij & virtutum nobilis heres,
Patris sepulcrum reddet exornatus.
Hic Mausoleum propria virtute parenti
Locabis: Hoc freta lamenta mittite.*

Henricus Eckstormius M.

*Reverendissimus & Illustrissimus Henricus Iulius:
Dux Brunsvic. & Luneb. &c.*

INserVIenDo CæsarI, hospes, absVMor
Vigesimo Iulii PRAGAE occidens. **Causam**
Hic, præcocis mortis citæq; ait, febrim,
Alter veneni quid, fuisse. Sed Christus
Hæc noverit; suam cuiq; ego meram
Fixam scij, quam transgredi potest nemo.

At nunc ab hac necessitate sum liber,
Iesuq; præeunte fratre demigro
Ex his casis domos in ætheris celsas,
Aeterna pax, tranquillitasq; ubi florent.

Mundus vale; Cæsar vale ter auguste;
Et Imperi sacri valete magnates:

Vale

Vale rori confors; ave rori proles;
Cives valere singuli. Vale inprimis
FRIDRICE, cum fidelibus, meis quondam,
Verum tuis nunc, Scævolis & Alphenis.

Paterna sceptrâ providè gere nutri;
Ecclesias, Scholisq; prospice impensè;
Et pauperes probos tam jure defende,
Quam divites probos: tuasq; adulator
Captans opes, & innocentibus tendens
Causas, locum domi occupet tuæ nullum.

Pacem cole, & quantum potes, fuga Martem,
Eum nisi ferat necessitas. Bellum
Est dulce inexpertis; habe fidem experto.
Quisquis suo sapit periculo, sapit serò.

Insisite sic vestigiis meis, ut res
Gestas benè assequaris; ast ubi lapsum
Me videris, caue tibi. Parens curæ
Cum liberis TIBI sit, & domo totâ.

Velis ita flabit tuis secunda aura,
Et exiges feliciter senex ævum;
Ad celitumq; te choros DEUS ducet,
Meosq; in amplexus: vale interim & salve.

Iohannes Caius M.

HENRICVS IVLIVS

Per anagramma

NISV HERCVLIS IVR.

Hic dum vixit ad astra heros nisiu Herculis ivit,
Mente bonâ nixus, fretus amore Dei.
Hinc ei partus honos, qui non minor Herculis olim
Laudibus, ætherias scandis ad usq; plagas.

Hercu-

*Hercule sed maior nunc est hic: degit is infra,
Mens huius supra vitam agit ante Deum.*

Dieser Fürst hatt' eins Helden Muth/
Trawt Gotte vnd sein Gewissen gut/
Daher sein Lob vnd Tugendt schon
Gleich *Herclis* reicht ans Himmelschron/
Hercles abr Gotte nicht ist verwandt/
Dem dieser lieb ist vnd bekandt.

Ad eandem Reverend. Illustriss.
HENRICI IULII tumbam

*H*ic Henricus erat materni sanguinis auceps,
Henricus patria gentis origo leo.
In clypeo bini leopardi insigne Leonis,
Iste super galea est Aucupis albus equus.
Huic vero Henrico sacer in Baptismate nomen
Antistes primi Caesaris addiderat.
Hoc & patris, at & proavi fuit illud avig,
Calcandi proavum calcar utrumq; vias.
Aucupis & Iuli quondam virtute vigebant
Prisca foris virtus Eunomieq; domi:
Hoc & florebant florente binonime: testis
Saxonie; testes Resa, Vienna Praga.
Audierans illi doctos; & hic audijt, & vel
Caesare doctorum iudice primus erat:
Ingenuas artes illi fovère; fovebat
Hic quoq; ut Helma & Ocri bibliotheca docent.
Iura dabant illi populo sincera; suis hic
Iura dabat nullis tincta sophismatibus.
Illorum neuter plebem fastidijt: hic cum
Supplice plebe loqui suèrat & agricolis.
Si quis adulator quenquam defernet ad illos,
Altera delatis auris aperta fuit:

Hic

Hic, quis in absentem si quem quid spargeret, aut mox
 Aiebat cesses, aut maledicta probes.
 Alea nec fallax illis nec crapula cura,
 Huic sed & invisus ludus uterq; fuit.
 Quin illis oçi quicquid foret, omne ferendis
 Legibus insomnes Historiarq; dabant:
 Et dabat hic; extant leges, mandataq; chartis
 Acta patoum, multi grande laboris opus.
 Hâc Anceps tenus & Iuli vestigia noster
 Calcabant, Mosis cetera & Isaida.
 Hi Iovæ, at ille Iovi sacrabat devius aras,
 Hi magni civis ætheris, ille Erebi.
 Cum sine progenie decederet ille virili,
 Fervebat totus seditione Tybris:
 At sua ubi Herrico soboles succederet, omnis
 Iure premebatur vis domi, & fensoris.
 Prolis & hic quondam ne exors decederet, aut res
 Sera videretur posteritatis agi,
 Quærebat sibi Dorotheen: quâ obeunte regunda
 Spempatria Guelphos Vxor Elisa dabat.
 Qui patris ingressi cari vestigia, re se
 Quatuor Otthonum sanguinis esse probant.

Henricus Petreus D.

In eandem.

SAlve & ave Maiestatis fidissime cultor
 Divinæ, cultor maxime Cæsariæ,
 Quo duo se properé spoliatos, Cæsar Achate,
 Patrono Pietas relligiosa, dolent.
 Præcipue tuâ te raptum suspirat Elisa
 Pervigil, uda genas, os redimita peplo.
 Exuviasq; tuas proles, ad avita relatas
 Busta, lavat lacrymis ter generosa suis Vrbs-

Vrbsq; habitu tua mœrorem testatur & aula
Ingenuit & pullo syrmate verrit humum.
Cumq; sui dare Sollingus Bructerq; nequirent
Mœroris lacrymis signa, dabant pluuiis.
Turbidi iêreamnes longo quos mille Vifurgis
Agmine velivolus ducit in Oceanum.
Iamq; mare, & toto diuisos orbe Britannos
Tangit hic & Gothos Cymbrigenasq; , dolor.
Misi oratores lacrymis solantur obortis
Bruniadas orbos patre, & hero dominam.
Nec nisi FRIDRICUS clavum ratis, una relicta
Spes caperet, luctus meta modusvé foret,
Omnis in hoc patris bonitas elucet avùmq; ,
Atq; is quem nomen spondet utramq; venit.

Henricus Petreus D.



AB: 153647

ULB Halle

3

002 426 935



R

70 17



...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...


...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...





IN OBITUM
*Reverendissimi & Illustrissimi potentissimiq;
Principis ac Domini*
Dn. HENRICI JULII,
POSTULATI EPISCOPI
HALBERSTADENSIS, DUCIS BRUN-
SVICENSIS ET LVNEBURGENSIS &c.
Cæsareæ majestatis consiliorum Secretiorum
Supremi olim directoris.

*Decessit Praga XIII. Kalend. August. Anno
Christi M. DC. XIII.*

Συμπάθειας ἁμνημοσύνησ' ἔνεκα

Johannes Cajus, M. Cœnobij Scholazq; Jlfen-
densis administrator & Rector.

M. Henricus Eckstormius. P. cor. cœnobij VVal-
ckenredensis Prior & Parochus:

Henricus Petreus Herdesianus.

HENRICOPOLI
*Excudebat Iulius Adolphus à Sohne.
ANNO M. DC. XIII.*